Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mtpe: Beatus ille seruus: quem cum venerit dus
eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoni
am super omnia bona sua constituet eum Sedm matheum
13 In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Videte vigilate et orate
nescitis enim quando tpus sit. sicut homo qui peregre
proficiscens reliquit domum suam et dedit seruis suis
potestatem cuiusq; operis: et janitori precepit ut vigilet
Vigilate ergo. nescitis enim quando dominus domus
veniat sero an media nocte. an galli cantu. an ma
ne: ne cum venerit repente inueniat vos dormientes
Quod autem dico vobis omnib: dico vigilate Luca:
12 In illo tpe. Dixit d. i. d. s. Sint lumbi vri precincti
et lucerne ardentes. Et vos similes hominib: ex
spectantib: dm suum: quando reuertat a nupcijs: ut
cum venerit et pulsauerit continuo aperiant ei. Bti
seruili: quos cum venerit dus inuenerit vigilantes
Amen dico vobis: quod precinget se et faciet illos di
scumbere. et transiens ministrabit illis. Et si venerit
in secunda vigilia. et si in tercia vigilia venerit: et ita
inuenerit: bti sunt serui illi. Hoc autem scitote: qui si
scisset patrifamilias qua hora fur veniret: vigilaret
vnq; et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote pa
rati quia qua hora non putatis filius hominis veniet.
Ait autem ei petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam
an et ad omnes? Dixit autem dus. Quis putas est
fidelis dispensator et prudens quem constituet dus su
per familiam suam: ut det illis in tpe tritici mensu
ram. Bti ille seruus: quem cum venerit dus inue
nerit ita facientem. Ueraciter dico vobis: quia super om
nia que possidet constituet eum Secundm matheum 9